

Hermann Schuckmann Rudolph Walbaum

## **Disputatio Theologica De Baptismo, Et In Specie De Paedobaptismo**

Rostochi[i]: Richelius, 1658

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740015958>**


Druck Freier  Zugang



R U Theol 1658

Hermann Schindler

Vert.: Rudolf Walther



DISPUTATIO THEOLOGICA  
DE  
BAPTISMO,  
ET IN SPECIE  
DE  
PÆDOBAPTISMO.

Quam  
Auxiliante Divinâ gratiâ

*Consensu*

Reverendi & Amplissimi Collegii Theologorum  
in Academiâ Rostochiensî,

SUB MODERAMINE

*Reverendi, Amplissimi & Excellentissimi*

V I R I

DN. HERMANNI SCHÜCKMANNI,

S. S. Theol. Doct. & Profess. celeberrimi, ut & Consi-  
storii Ducalis Ecclesiastici Assessoris gravissimi, Dn.  
Præceptoris, Fautoris & Promotoris  
filialiter colendi,

RUDOLPH WALBAUM,

MIND. WESTPH. AUTOR,

*Publico Theologorum Examine proponet*

In Auditorio Majori ad diem 16. Octobr.


Horis antemeridianis.

☉:(o):☉

ROSTOCHI

*Typis Johannis Richelii, Senatûs Typogr. 1658.*

Handwritten text, mostly illegible due to fading and bleed-through. Visible words include "BAP", "EDD", and "LUB".





I.



ox Pædobaptismus ratione originis Græca componitur ex *ναις* puerum & puellam significante, (à verbo *παινωαι* Acquiro, possideo) & *βαπτισω* immergo, quod coincidit cum *βαπτω*, distincto à *δύωω*, quod hoc importet significatum penitus submergendi; illud tinctionem denotet, quæ non præcisè immersione totali, sed vel sola aspersione fieri potest. Marc. 7. 3. 4.

Luc. 11. 38. Hebr. 9. 11. quæ vocis significatio in Ecclesia celebris est.

II. Baptismus in N. T. loco circumcisionis V. T. ordinatus salvatorem nostrum sub quadruplici ratione institutionis, nimir. administrationis, per discipulos, solennioris promulgationis, & promissionis autorem habet, nõ ut soli masculi baptizentur, prout hi soli circumcidebantur, sed & puellæ pariter: neq; ad certum temporis punctum adstricta est baptismalis tinctio, modo quam primum illa fiat in tenera infantulorum fidelium ætate. De Adultis enim secus est, quibus si per veram fidem se Ecclesiæ adjunxerint, per sacramentum hoc initiationis fæderalis gratia non minus applicatur, (non eo quidem modo quo infantibus, quibus primum gratia confertur, alio tamen, quo illis eadem obsignatur) cum in adultâ ætate baptizantur, prout ordinem hunc in colligendo DEI peculio seu plantandâ primum N. T. Ecclesiæ, ex Apostolicis scriptis perspicere habemus.

III. Administratur hoc sacramentum à verbi DEI ministris, quorum primus Johannes baptizavit, Christo baptismatis autore & institutore virtutem actioni externæ conferente. Non enim concedendum est Baptismum Johannis per se fuisse invalidum & baptizatos ab ipso rebaptizandos fuisse Baptismate Christi, sive per Apostolos: Christus enim neminem immediatè baptizavit, nisi vocem pro Baptismate fluminis, donatione Spiritus & effusione donorum,

A 2

vel

vel etiam sanguinis in cruce effusi, accipias, item Johannes in Christi nomine, ut reliqui Apostoli, baptizavit, idq; contra iram futuram in peccatorum remissionem Luc. 7, 30. Joh. 1. 25. collatis cum Act. 18, 25.

IV. Non autem hac assertionem excludimus à ministerio hoc omnes, qui legitime vocati & ordinati Pastores Ecclesie & dispensatores sacramentorum non sint, verum hoc solum volumus, *ordinarie* illud fieri debere; *Extraordinarie* autem si extrema necessitas ita efflagitet & vitæ periculum imminet, nullus fidelis, etsi privatus, sive vir sit, sive mulier, ab administratione hujus sacramenti arcendus est. Quod verò de Non Baptizato quæri solet: *An & ille quæquam baptizare queat?* distinctè respondeo, quæstionem non esse: *Num se ipsum quis per Baptismatis sacramentum regenerare possit?* hæc quæstio enim directè formulæ institutionis contrariatur; alium a baptizare non potest si sciat se ipsum non esse baptizatum: Sin minus, optime: cum & Hæreticus, modo substantialia retineat, legitime & rato modo baptizare possit.

V. Substantialia absolvantur duobus: *Symbolo visibili, intinctione vel ablutione* s. totius corporis. s. alicujus solummodo ejus membri per limpidam non admixto alio quoviam liquore: & *Bono invisibili* spirituali verbo DEI, hoc est recitatione verborum institutionis Dominicæ; unde rectè August. in Joh: tract. 80. *De trabe verbum & quid est aqua nisi aqua.* *Accedat verbum ad elementum & fit Sacramentum, etiam ipsa tanquam visibile verbum,* Matt. 3, 11. c. 28. 19. Act. 8, 38. Hinc fluit: Baptismum esse lavacrum aquæ in verbo Eph. 5, 26, in ipsa autem Baptismatis celebratione formalia illa: *Baptizo te in nomine patris, & Filij & Spiritus S. rerinenda sunt,* quò innotescat, Sacramentum Baptismatis ritè peragi. Non autem huic assertioni obstat Act. 2, 38. conf. c. 10. 19. præterquam enim quod ibi non describitur formula quæ Baptismus peragi debet, sensus perfectus est, cum in Christo & Pater & Spiritus S. sit, quò propter verba illa contracta tantopere urgeri non possunt.

VI. Quæ præter hæc duo circa Baptismum consideranda sunt, *Accidentalibus* appellari solent, & omnia adiaphorum naturam habent, ac cum Ecclesie consensu abrogari possunt, cum Deus exterius ritibus in N. T. coli nolit, sed præcipue cor respiciat, quare non magno

magnopere desudandum cum Anabaptistis in improbanda laudabili  
patrinorum & exorcismi adhibitione, nominis in baptismo im-  
positione, & aliis, cum pro libertate Christiana hæc omnia pie recepta  
sint.

VII. *Finis* Baptismatis est regeneratio, per quam adopratur &  
hæredes vitæ æternæ constituimur Eph. 5, 25. 26. Hanc virtutem su-  
am etiam infantibus impertitur, quos idcirco baptizandos ratione  
non unâ stabiliri potest Nam 1. jubentur Apostoli, omnes gentes & in-  
ter has singulos baptizare Matr. 29. 38. quæ universalitas ratione singu-  
lorum ex mutatione generis non obscure colligitur. 2. Baptismus est  
signum gratiosi fœderis Dei, sine quo nemo salvatur Joh. 3. 5. conf.  
Matt. 28. 19. 20. à quo infantes non excludendi: 3. Expresse præcipit  
Christus pueros ad se in regnum suum accedere, Marc. 10. 14. 15. 16. u-  
bi effectus & virtus baptismatis illis tribuitur. 4. Nec contemnen-  
dum argumentum est, quod ex analogia circumcisionis cum bap-  
tismo desumitur. 5. Ad infantes quoque promissio fœderis pertinet  
Gen. 17, 7. collato cum 10. 11. 12. 13. itaque & ejus confirmatio 1. Cor. 7.  
14. 6. ipsi Apostoli infantes baptizaverunt Act. 16. 15. & 33. 1. Cor. 1.  
16. 7. Nec illi inde ab Apostolorum temporibus unquam secundum  
rationem & testimonia patrum in Ecclesia à Baptismo remoti sunt.  
Quicquid enim in veteri puriori Ecclesia ad salutem necessarium fuit,  
illud quoque in eadem fuit observatum. Subsumptio de Baptismo  
infantum in scripturis fundatur Joh. 3. 5. Conf. Origen. l. 5. super c.  
6. in Ep. ad Rom. Ecclesia ab Apostolis traditionem accepit, etiam par-  
vulis Baptismum dare: Sciebant enim illi, quibus mysteriorum secre-  
ta commissa erant divinorum, quia essent in omnibus genuinæ sordes  
peccati, qui per aquam & Spiritum ablui deberent, propter quas etiam  
corpus ipsum, corpus peccati appellatur. Cypr. l. 13. ep. 8. contra  
Magistrum suum Tertullianum docet, Ecclesiam infantes non debere  
à baptismo & gratia excludere, sed teneri ipsis communicare bap-  
tismum, cum nulli hominum nato misericordia & gratia Dei dene-  
ganda. Augustinus contra Donatist. c. 4. Ambros. Gregor Naz.  
Phil. Melanch. & alii.

VIII. Hæc assertione autem minimè admittunt ad baptismatis  
lavacrum infantulos nondum integrè in mundum edicos. *Regenera-*  
*tionis*



tionis enim vocabulum, nisi illud pro voto & voluntate parentum, cupientium suos esse regeneratos, accipias, ad nondum natos extendi s. illis applicari non potest, nec tamen hinc sequitur eos à fœdere Dei propterea esse removendos. cum per baptismum Christus ita nos salvet, ut & per extraordinarie datam fidē saluare possit, atq; ita omnes fidelium liberos ante Bap̄tismatis lavacrum decedentes ipso actu salvat.

IX. Excipiunt contra Pædobaptismum contrarium sentientes. Baptismum esse tantum signum gratiæ, nec ipsam gratiam & remissionem peccatorum in Baptismo accipi, 1. Cor. 7. 19. Pueros Christianorum promissione jam esse salvos, & per consequens jam habere remissionem peccatorum. Mandatum generale malè his applicari, cum ad illas solum gentes pertineat quæ possunt doceri, & per verbum in fidem erigi, cuius infantes nullatenus sint capaces. Pueros ex fidelibus prognatos planè non habere peccatū 1. Cor. 7. 14. Testimoniis deniq; Patrum testimonia ex hisdem opponunt alia, & vel ex eo quod infantibus fidelium etiam non Baptizatis s. antè Bap̄tismum decedentibus, cum non privatio sed contemptus damnet, salutem adjudicavimus, nos convincere conantur.

X. Verum facili negotio convelluntur eorum argumentationum cula, licet nãq; Baptismus signum fœderis appellari consueverit, nō tamen nudè signat, sed simul signatum repræsentat, & omnia bona spiritualia merito Christi parta applicat & donat; idcirco enim ipse Christus baptismum suscepit ut nostrum sanctificaret, & virtutem ac efficaciam sui meritū per unum Baptisma in nos derivaret Gal. 3. 26. 27. 28. collato cum Matt. 3. 17. quæ virtus perpetua est & ita semper valet, ut post relapsum in peccata & resurrectionem per poenitentiam non sit opus reiteratione sacramenti hujus initiatorii Rom. 3. 3. Pueros Christianorum promissione jam esse salvos etiam nos adstruimus, & exinde sub optimâ formâ in ipsos telum retorquemus: *Quibus promissa remissio, illis eadem confirmada & actu remittenda peccata, nihil verò minus ex promissione sequitur, quam confirmatione opus non esse.* Locum Matt. 28. 19. 20. non concernere pariter infantes, fonti sacro immediate contrariatur, nec ullo modo inde evincitur, doctrinâ verbi ante baptismū debere homines semper informari, ita n. legitur: *Μην δευοντες βαπτισαντες ΕΟΥΣ & c. do-*

*centes.* Neq; Fides per solam externam verbi prædicationem semper accenditur, sed & per internam Spiritus S. operationem mediante sacramento excitatur.

XI. Quam infantum Fidem probamus 1. quia regenerantur & salvantur, quod non fit sine fide Marc. 16. 16. Joh. 3. 18. Gal. 2. 16. Heb. 11. 6 &c. 2. Christum in Baptisma per fidem induunt & membra Ecclesie constituuntur. Gal. 3. 26. 27. 28. 3. Fructus fidei edunt Jer. 31. 34. Apoc. 11. 18. & alibi passim, 4. luculenter probari potest fides infantum possibilis ex exemplo Johannis exultantis in utero ob præsentiam salvatoris Luc. 1. 41. 45. conf. vers. 25. Patribus etiam id notum perspectumq; fuit Vid. Augustin contra Donatistas, *ipsius, inquit, fidei sacramentum facit infantem fidelem.* Quod autem ex universalitate meriti etiam de infidelium infantibus absurde subsumi posse, Adversarii statuunt, dispar horum & illorum est ratio; infideles enim nunquam per pias preces & alia legitima media infantes offerunt ut baptizentur, quemadmodum fideles. Si interim gentilium liberi in alicujus Christiani puram potestatem veniant, liberè sine renitentia, vel absq; hesitatione baptizari debent. Nec pueri casenus sancti sunt, ut omnis peccati essent expertes, sed quia illis per baptismum aditus ad Ecclesiam, extra quam nemini salus, patet, nemo per naturalem generationem ex Christiano Christianus nascitur, sed per verbum & sacramenta Christi Christianus fit. Si præterea testimonia testimoniis opposita conferas, parum imò nihil probant: primarium profertur ex Tertul. l. de Baptism. c. 18. *pro cujusq; persona conditione ac dispositione, etiam aetate cunctatio baptismi utilior est, præcipue tamen circa parvulos, quid enim necesse est sponsores etiam periculo ingeri, qui & ipse per mortalitatem destituere promissiones suas pnt.* &c. paulo post. *Aut quædem Dominus, nolite prohibere illos ad me venire, veniant ergo dum adulescunt, veniant dum disc. dum quo veniant docentur: Fiunt Christiani dum Christum nosse poterunt.* Post hæc comparisonem secularium & divinatorum instituit in illis accedendis cautius agi, ergò magis in his debere fieri. Præterquam enim quod Tertullianus multis hæreticis in scriptis suis patrocinari videtur, unde Hieronymo nō *Filius Ecclesie dicitur* est; in lib. de anima se explicans verba superioribus per apparentiã contradicentia habet *Adæo nulla fermè nascitur as munda est* &c. unde

Franci.

Franciscus Gomarus part. 3. op. p. 131. ex verbis Tertulliani pædoba-  
pissimum potius probari, quam refutari posse, expresse affirmat.

XII. Nondum aurem his omnibus omnes controversiarum  
tricas videmur perrupisse, sed aliam nobis constituunt *Catabaptista*  
adversariam graviorem, opposcentes ea, quæ altioris indaginis &  
majoris momenti sunt: cum enim tot *Parabaptistarum* sententiæ,  
quòt capita, nec vix ulli constet quam ipsa sententiam immotè fove-  
at, opponunt se alii prioribus, & infantes peccatum originis habere  
negant, cum omne peccatum sit actio pugnans cum lege DEI,  
quam infantes nequeant exercere: Cui objectioni duplici respon-  
sione satisfaciendum puto; *primò* negando universalitatem ra-  
joris, cum describat tantù omnis peccati actualis naturam suppressâ men-  
tione originalis: *deindè* solide probando omnè omninò hominem pec-  
cato originis infectum esse Gen: 6. 5. c. 8. 21. ubi omnis cogitatio & fi-  
gmentum cordis dicitur proum ad malum ab ipsa infantia Ps. 51. 7.  
Collato cum Jobi. 14. 4. conf. c. 15. 14. 15, Rom. 5. 12. ubi expressissimè dr.  
peccatum per unum hominem in mundum intrasse. & Eph. 2, 3, dicitur  
omnes natura esse filii iræ.

XIII. Obijciunt aliud: N. T. tantum iis promittere gratiam,  
qui habent aures ad audiendum, & corda ad intelligendum Matt. 13.  
14. 15. 16. Marc. 4. 12, Luc. 8. 10. Sed negatur maj. cum Christus juxta  
Evangelistas etiam pueros ad se vocet & c. Neg item min. cum subtilis-  
simæ aures æquè benè, imò distinctius sonum percipiant, quam callo  
obductæ; Cor item suos motus & sensus habeat, in quibus omnipo-  
tens Deus pro misericordia sua & velle & operari potest perficere.

XIV. Nec multum ad rhombum, quod baptizati ad mortifica-  
tionem pravarù cupiditatum, vitam asperiorè & patientiam in cruce  
per baptismale fœdus strictissimè obligentur, quod rursum de infan-  
tibus asseri nequit, cum hæc omnia non intelligant, nedum præstent.  
Principalis enim baptismatis finis non est asperior aliqua carnis dis-  
ciplina afflictio, sed ut supra dixi, in infantibus gratiæ collatio in adultis  
ejus obsignatio. Adde quod suo tempore crux sequatur.

XV. Instant Rom. 6, 2. 4. describi finem baptismatis propri-  
um & adæquatam per verba *peccato mori & ad novam vitam resurgere,*

quæ

que rursus de infantibus predicari absolum foret. Sed sua vi argumentum hoc ruit, confundit enim ipsam finem proximum & consecretaria finis: ipsum finem Theol. VII. diximus esse remissionem peccatorum, adoptionem, Spiritus S. donationem, ex quo demum fluit & sequitur mali abnegatio, boni studium: Et hoc, progressu temporis & pro ratione ætatis omninò necessarium.

XVI. Regerunt porro ex Deut. 1. 39. *infantes non habere discrimen boni & mali*, quod exponunt, quasi essent irracionales, ac propterea non posse credere, multò minus debere baptizari. Resp. verò, quod infantes nullo modo irracionales appellari debeant, cum per solam rationem omnis homo à bruto discernatur, teste experientiâ & Scripturâ; quod vero citatum dictum attinet, ex contextu clarum est, loqui illud tantum de externâ rerum distinctione, indicatq; solum, quod per loquelam discrimen boni & mali non valeant significare, neutiq; tamen omnem in universum rationem infantibus denegat.

XVII. Movent ulterius controversiam, *An post Baptismum relapsus in peccata, ad gratiam redire possit?* Et decidunt negativè, cum per peccatum contra conscientiam homo fidem, Spiritum & gratiam amittat, Resp. Etsi omnes, in peccatis perseverantes usq; ad finem, gratia Dei & salute eternâ revera finaliter excidant, alios tamen à poenitentiam agere & se per fœdus baptismi iterum erigere: Non tamen indelebilem ejus Characterem impressum propugnamus, quamvis virtutem ipsius dicamus perpetuam.

XVIII. Hemerobaptistæ rebaptizationem statuminare avertuntur hac ratione: *Qui amisit fidem & spiritum, ille non potest recuperare amissa, nisi iterum baptizetur.* Ast committunt fall. à dicto secundum quid ad dictum simpl. ex parte sc. etsi totaliter, neq; tamè finaliter adimuntur ea electis tandem ad poenitentiam redeuntibus.

XVIII. Objiunt porro: Omnes in pueritia baptizatos, esse rebaptizandos, quia nihil de baptizatiōe sua intellexerint, perinde ut campanæ baptizate. Responsio autem facilis est, etiamsi non intelligant recitationem verborum institutionis, eo modo, quemadmodum adulti, tamen Spiritus S. singulari, nobis ineffabili modo,

per verbum & sacramentum baptismatis in illis gratiam suam operatur, pro ut suo loco ostensum.

XX. Videtur interim illorum sententiæ patrocinari Paulus Actor. 19, 3. 4. 5. quasi baptizati in baptisma Johannis non satis intelligentes baptismatis mysterium à Paulo rebaptizentur. At Resp. Baptizatos illos fuisse baptismo Johannis ut vero baptismo, refert Paulus: quapropter non putandi sunt rebaptizati, cum ante fuerint legitime baptizati.

XXI. Alia autem se hic insinuat difficultas, si quis nesciat se baptizatum esse, & ad hoc semel baptizetur, num alter utrius baptismatis efficacia dici debeat absorptæ & actio reitentiæ. Resp. Efficacia qua est & eadem, nec reitentur baptisma, cum, ut cum Augustino loquar, non habeatur actum, quod nescitur factum.

XXII. Analogiam pariter circumcisionis cum baptismo urgent, pro rebaptizatione ad mandatum Domini, Josuæ 5, 2. Resp. vero, præterquam quod Baptismus præ circumcissione, ut hæc præ illo quædam peculiaris & propria habet, non loqui Josuam l. c. de iteratâ circumcissione in iisdem hominibus ante circumcisis, verum cum singulari Dei judicio præter Josuam & Caleb in quadragenaria circumductione eremitica omnes circumcisi obierint, nec pueri ob occupationes parentum itinerarias toto hoc tempore circumcisi essent, hos nondum circumcisos ad observationem ritus Mosæici Dominus circumcidi jubet. Est ergo lusus in voce SECUNDO.

XXIII. Quæ omnia cum ita concedere coguntur baptismatis necessitatem scilicet & perpetuam efficaciam, alia arrodenda assumunt, rectius immergi debere baptizandos, quam aspergi, cum immersio sit imago sepulture Christi, & mortificationis veteris Adami, Rom. 6, 4. Col. cap. 2, 12. Resp. Ut non negemus immersionem pro libertate Christiana rite fieri posse, tamen non concedimus per aspersionem minus piè baptismum peragi. Primarium enim sacramentorum officium est, gratiam conferre, cui demum analogia significativa subordinatur, quam si maxime urgere velis pro obrudenda immersione, egregia, quoque aspersionis exprimitur ad Tit. 3, 5. 6. non exclusâ interim immersione.

XXIV.

XXIV. *Æquè tamen ac illi improbamus & abominamur vanas multas apostaticæ Ecclesiæ ceremonias, quas inter, quod deficiente mundâ immunda aqua baptizant, & sacrificali sputo in manum suam ejecto utramq; baptizandâ aurem tangunt, dicentes, εϕϕαδα. Deinde ad nares eam admovent, clamantes: In odorem suavitatis; & ad dextram manum imprimendo signum crucis, ajunt: Tradò tibi signaculum Domini nostri Jesu Christi in manu tua dextra, ut te signes, & à te adversarium ab omni parte repellas; Item: Oleo supersticiosè consecrato cruce in pectore infantis facta loquentes: Ego te oleo salutis inq; in Christo Iesu Domino, ut habeas salutem.*

XXV. *Dobium autem alicui movere posset casus: Si qui sub Papismo seu Calvinismo habitent vel grævida pariter in illis locis pariat, ubi ministerium nostratum haberi nequit, quid faciendum; num ipsi parentes Baptismum peragere debeant, an verò ministerio Ecclesiæ heterodoxæ infantulum baptizandum offerre debeant? Resp. Ex responso plurimum Reverendæ Facultatis Lipsiensis: Si parentes forsitan privatim baptismum in illis locis celebraverint, juxta tenorem institutionis Christi, Baptismum in se esse efficacem, non reprobandum (quamvis Augustani Protestantes nullo modo debeant, cum ministerii constituti præteritione baptismum peragere) Alias substantiæ ejus fides seu incredulitas baptizantis nihil derogat, & ipse Christus Luc. 17. 14. ad sacerdotes corruptam doctrinam profitentes decem leprosos ablegat, Vid. M. Georg. Dedekenn: in Thesaur. Consilior. Vol. 1. part. 2. pag. 53.*

XXVI. *Cum etiam sæpius eveniat, ut infantes negligentia parentum, ante baptismatis lavacrum decedant, parentes merito per seriam penitentiam grande hoc delictum expiare tenentur, nec sine prævia deprecatione publicâ ad absolutionem, & sacram synaxin admitti debent, juxta responsum Theologorum Jenensium ad hunc casum. Non interim defunctis propter omissionem sacramenti baptismatis salus æterna deneganda, cum alteruter conjugum displicentiam suam sæpe testetur, licet altera pars sacramenti necessitatem negligat: & si maxime uterq; parens vilipendat baptismum, & propterea illum non maturer, preces Ecclesiæ publicæ etiam hos tanquam membra corporis ejus futura Deo offerant: neque Deus*  
ad ex.

ad externa media se alligavit, sed talibus ex misericordia sine medio salutem impertitur, nam filius iniquitatem patris non portabit juxta Ezech. 18, 19. & quamvis contemptus sacramenti damnet, infantuli tamen hi contemptores sacramentorum non merentur dici: Quod idem judicium de infantibus ante baptismum à parente interamptitur, ferri debet quale deplorandum infanticidii exemplum, proh dolor! hoc ipso tempore apud nos experimur. *Sed hos & similes casus Dei iudicio committimus.*

## COROLLARIA.

1. **F**ilius Dei non obstante generatione, ut **S**piritus S. non impediente processione, æque sunt æternus Deus ac Pater.

2. *Uxorem Loti in columnam salis conversam, in pantocritico die una cum reliquis hominibus, qui in terra pulvere sunt esse resurrecturam negari posse non puto, corpus autem per potentiam reproductricem à DEO rursus accepturam eam, statuo.*

\*\*\*\*\*

**S**crutari quoties voluit mysteria sacra,  
    Ingenuo & calamo nescius hæsit homo;  
Mirari, non rimari sapientia vera est  
    Mystica; simplicitas digna favore Dei;  
Quidni ergo superis placeant conamina sancta  
    Mirandum fidei cum veneraris opus  
*Walbaumi?* laudem doctorum crede mereris,  
    Quando scire cupis, quæ patefacta vides  
Hanc instare viam pergas; Te flumine lotum  
    Flamine perlustret gratia magna Dei.


*Cum omnigena prosperitatis voto scr.*

Engelbert Buschman/ Herzf. Westf.

01 : 300







entes: Neq; Fides per solam externam  
acciditur, sed & per internam Spiri  
sacramento excitatur.

XI. Quam infantum Fidem  
& salvantur, quod non fit sine fide Mar  
6. & c. 2. Christum in Baptisma per fide  
constituuntur. Gal. 3. 26. 27. 28. 3. F  
poc. 11. 18. & alibi passim, 4. luculent  
possibilis ex exemplo Johannis exult  
salvatoris Luc. 1. 41. 45. conf. vers. 1  
perspectumq; fuit Vid. Augustin co  
fidei sacramentum facit infanteria fidelem  
meriti etiam de infidelium infantibus  
sarii statuunt, dispar horum & ilorum  
quam per pias preces & alia legitima  
ptizentur, quemadmodum fideles. S  
licujus Christiani puram potestatem v  
vel absq; hesitatione baptizari debent  
sunt, ut omnis peccati essent expertes,  
ditus ad Ecclesiam, extra quam nemini  
lem generationem ex Christiano Christ  
& sacramenta Christi Christianus fit. S  
niis opposita conferas, parum imò nih  
runt ex Tertul. l. de Baptism. c. 18. pro  
fessione, etiam aetate cunctatio baptis  
parvulos, quid enim necesse est sponsores  
per mortalitatem destituere promissiones  
dem Dominus, nolite prohibere illos ad m  
lescunt, veniant dum disc. dum quo venia  
Christum nosse poterunt. Post hæc comp  
norum instituit in illis accedendis cau  
bere fieri. Præterquam enim quod T  
scriptis suis patrocinari videtur, unde H  
tus est; in lib. de anima se explicans ve  
contradicentia habet. Adeo nulla fermè n

tionem semper  
nem mediante

via regenerantur  
Gal. 2. 16. Heb. 11.  
membra Ecclesie  
ont Jer. 31. 34. A  
st fides infantum  
ob presentiam  
etiam id notum  
s, ipse, inquit,  
ex universalitate  
ni posse, Adver  
deles enim nun  
s offerunt ut ba  
ptisium liberi in a  
sine renitentia,  
er casus sancti  
er baptismum a  
mo per natura  
sed per verbum  
monia testimo  
marium profe  
onditione ac di  
ipue tamen circ  
geri, qui & ipse  
lo post. At qui  
et ergo dum ado  
nt Christi, ai dno  
larium & divi  
nagis in his de  
tis hæreticis in  
tilius Ecclesia di  
per apparentia  
est &c. unde  
Franci

